


h. 101, 56.

X 2005243



D. O. M. S.

LEONHART TORSTENSOHN,
CRUENTUS AT PROFLIGUS HOSTIS.

Qui à 27 d. Decembr. Ann. superior. 1642. usq; ad
17. d. Febr. Ann. 1643. agentis, Urbem Freibergam, præter
omnem datam culpam, cum Exercitu suo sanguinario hostili-
ter attigit, truculenter infestavit, ferrò flammisq; op-
pugnavit, nec non dies noctesq; fatigavit.

Aliqvibus Epigrammatioliis delineatus, ad vi-
vum qvasi reselectus, omnibusq; & singulis, qvos idem variis
cruciatum modis affecit, si non confecit, ob oculos
in lucem publicam expositus

A Liberationis Libertatisq; Patriæ avidissimō Amatore,
qui ipsemet Obsidioni dirissime interfuit.

H. G. A.



Anno

Quem Votum hoc exhibet.

BELLÔ, PESTE, FAME, pro CVL Vrbefacessere IVSIS,) 1643
PA X Crescens foVeat Nosq VeLaresq Ve plos!

CL. V. Dñ. Sigismund. Gorini dat. Freiberg

ЯОГУА

EXCELSIS ET EXQUISITIS

Antiquâ Familiæ Nobilitate Generisq; Claritudine
Excellentibus, Magnanimitate & Fortitudine Strenuis, nec
non tam Togatâ quam Sagatâ Prudentiâ Experientiaq;
conspicuis Triumviris:

Dn. GEORGIO FRIDERICO à Schönb erg/
Hereditario in Limbach & Mittelfrohna/&c. Sereniss. Elect.
saxon. à Consiliis, nec non Rerum Metallicar. per Tractum
Montanum, Präfectorumq; Freiberg. ut & Altenber-
gensis Capitaneo præstantissimo.

Dn. GEORGIO-HERMANNO à Schweinitz/
Hereditario in Rommiz/&c. Sereniss. Elect. Saxon. Supremo
Legionis Arnimbianæ pedestris Locum-tenenti, atq; p. t.
Urbis Freibergæ Gubernatori solertiss.
ac meritissimo.

Dn. VVOLFGANGO-FRIEDERICO Muffel
ab Ermreuth Legionis Elect. Sax. Prætorianæ pedestris.
Supremo Excubiarum Magistro gnaviss.
& vigilantissimo.

NEC NON

AMPLISSIMO, CLARISSIMO PRUD-
ENTISSIMOQ; SENATORII ORDINIS
COLLEGIO UNIVERSO.

Suis Dominis Mœcenatibus, Patronis, Faurori-
bus, multis observantia nominibus ætatè
colendissimis,

Hoc & viternum perennantis Memoriæ Gratitudinisq;
MONUMENTUM

Dat, Dicat, Nuncupat, Offert

AUCTOR.





PRÆLOQUIOLUM

Ad Eosdem Fortissimos Heroes, atq; Clarissimos Viros.

Magnanimi Fortesq; Viri, Eximiiq; Patroni,
usq; observandi maximò honore mihi,
Si Vos fortè juvat legisse Poëmata parca,
hæc manibus promptis carpite parca metra...
Quæ propero calamō, lapsō modō tempore scripsi
de Dorstensohnio scilicet Hoste ferō.

Sint licet exilis vatis exilia metra:

Attamen accipite & consulite ista boni.

Perlegite ista, Viri Augusti, sed fronte serenā,
per Phœbum sanctè Vos rogo vates inops.

Meq; favore animi relevate favoris egentem,
Magnifici ac Fortes, Martia corda, Viri!

1. COLLATIO JOHAN. BANERI & LEONH. TORSTENSOHNII.

Sicuti confusus fuit, ante videlicet Annos
qvattuor, oppugnans mœnia nostra, Baner;
Quantumvis circumcircà concluderet Urbem
millitis agminibus innumerabilibus;
quantumvis portas, turres murosq; feriret
præcipue tribus-ex ære tonante, locis;
quantumvis & eos laceratos redderet: at re
infecta qamē hinc cessit ab Urbe fugax:

Sic Torstensohnius, qvi Religione ligatūm
aurum ac argentum servidè opesq; sinit;
quantumvis cinxit numeroso millite nostra
mœnia, & illa nimis diruit ære cavō;
quantumvisq; globos, ferrum flammasq; vomentes,
immisit supra-in civica tecta-modum;

Non tamen absq; DEI vultū potietur avarus
hostis hic innocuis civibus, urbe, Larc.

Nam DOMINUS ZEBAOTH turris fortissima: Is Urbis
portas & muros consolidare valet.

Nec modò consolidare valet, sed vult quoq; rē ipsa:
Namq; suos nescit deseruisse Deus.

Qui nos præteritis Annis nostrosq; penates
hostibus à tutos fecit & incolumes,

Hic nondum occubuit tethali funere: Eundem
si modò plebs humili pectore & ore roget.

Fact. 16. JANUARIÙ Anno 1643.

2. *Allusio ad Nomina Leonh. TORSTENSOHN*.

Durum Nomen habes, irati nempè Leonis,
ferventemq; foves prædipetamq; sitim.

Omnia sed solvens hominum, Mors mollet iram,
restingvetq; sitim sub Phlegethontis aquâ.

Vix etenim poteris tua patria tecta videre,
sicut ea & qvondam nec Baner evaluit.

Altera quippè Canis tu pars es magna marini:
portio ceu qvondam prima Banerus erat.

Sed tua Teutonicò solvet fors funere fata,
auri exstingendo morte rigante sitim.

Et quia præter opes sitiebas usq; cruentem,
ipsum - te tandem fata cruenta manent.

Ergò in nos Fidei socios s̄avire cavero,
In te ne fatum s̄aviat ante diem.

Fact. 18. ejusdem.

3. *L. TORSTENSOHN Flagellum Dei nobis est.*

Virga DEI vindex, & poena flagrumq; piâcli
es, Torstensohni, in tergora nostra furens.

Ast audi! pñnā perfectā tute cremanda
flammis traderis massa, volente Deo.

Namq;



Namq; Ipsi qvamvis peccavimus impia agendo,
te tamen h̄aut ullō l̄æsimus articulō.

F. 19 d. ejusd.

4. *VARIÆ PRODIGIA SIGNA DIVINÆ GRATIÆ.*
Spes nostra in DOMINUM ZEBRAOTH directa sit unum,
Cives, nos arctis rebus Hic eripiet.
Ecce duo Ipsius clementia signa favoris,
de Cœlō nobis, edidit Ille modò!

Namq; die illipsā, *qvā viribus omnibus hostis
oppugnare Urbem pergeret atq; viris,
Angelici cœtūs se prostituere figuræ
cum gladiis geminæ mœnia fracta super.

*3. Januar.

Post ter quinque dies † fulgenti hinc lumine Phœbes
noctū Iris duplex visa colore suō est.
Hæc sunt auxilii manifesta en signa futuri,
Si modò Spes UNO nostra erit usq; DEO.

† 18. ejusd.
circ. 10. hor.

5. *PRODIGIA DIVINA non sunt Præstigiæ magicae.*
Quid crocitas Sveo? nostranē Urbis civica testa
sagarum & strigum spurca habitacula vocas?
De Cœlō quoties prodigia signaq; fiunt,
vos à sævitia qvæ revocare queant?
Non sunt præstigiæ, quæ sub vel in æthere & aurâ,
vel terrâ fiunt: efficit ista Deus.
Non hujuscemodi nobiscum turba maligna,
sicut apud vosmet, heic habitare solet.
Namq; quid est aliud, vel Finno Lappovē vester,
artis Thessalicæ qvām studiosa cohors?

F. 22. d. ejusd.

6. *Deus & Natura pro nobis pugnant.*

Pro nobis pugnant Meteora, Elementaq; & Æther,
Nix, Grando & Venti! quid metuamus humum?
Nam ante dies *septem gemina Iris, signa favoris
Divi, se Lunam constituere penes,

*18. Januar.

† 22. ejusd. Inde die Solis tamanè tria fulgura ab uno
5. hor. mat. fulmine prævalido concomitata micant.
* 23. ejusd. Sicq; die Lunæ *fulgenti luce diurnâ
Iridis aspicitur forma gemella polô.
Nocte q; qvæ sequitur duo fulgura fulmine rursum
unò stipantur! cùi metus hostis obest?
Qvin etiam passim flaminati ex æthere in hostis
campestres scenas tunc cecidere globi.
Hinc sulfur ardens cum sangvine eqvosq; virosq;
obruit hostiles axe, voratq; jubar.
Qvin & Luna fuit sociabus cincta duabus,
atq; inter-volitans albâ columba, globos.
Hæc certe possunt hostem revocare superbum,
in Fidei socios, à truce favitiâ.
Sicuti tempestas Saulum circumdedit olim:
O si Conversi & calle referret iter!
Huic siquidem durum est & erit, si calcitret acrem
adversus stimulum, aut Immanuela piûm.

F. 24. d. ejusd.

7. *Freiberga ab Hoste Nidus Glirium vocata*.
Siccine, magne Thraso, vocitas civilia tecta
nostræ Urbis nidum glirium ab ore tuō!
Annon tu venator eris vel glirium opimus
captor, dum bonis insidiare, Thraso?
Nostris qvippè bonis opibusq; cupidine summa
insidiare ferox nocte dieq; Thraso.
Sic pol opes nostræ sunt glires voce superba
dicti, queis tantis insidiis inhias.

F. 26. d. ejusd

8. *L. Torstensohn defensor Evangelicæ Religionis
ac Germanicæ Libertatis vel quasi.*

Promotor Cultus Divi & Pietatis amicus,
sincerâ ferves Relligione, Sveo,

Scilicet!



Scilicet! & Libertatis defensor avitæ
Teutonidum es Procerum! credere si tibi fas
Nimirum hōc mediō, hāc ratione, modoq; viadī
Libertas perte & Religio asseritur!
Ædes si Fidei sociūm, si Templa Scholæq;
terris æquentur diruta, adusta face
Vestes si rebus sacris, si vasa dicata,
sacrilegis facias surripi ubiq; volis
Sic catliedras, arcas, altaria, si picturas,
& reliqua horrendis ignibus objicias.
Si spolia & raptus committas, si imā supremis
commutes, licet & qvæq; nefanda patres.
Hæc tibi Libertas, hic Cultus scilicet unus
per placet, his solis artibus invigilas.
Sic fers suppetias pressis, ut restet iis nil
qvām vitæ sqallens halitus atq; color.
Non aliter tractas nos, qvām Thrax, Turca, Getesvē,
Christicolas: superas asperitate Scythas.
Hos defensores, Deus alme, Paterq; benigne,
à Laribus nostris polle, fugaq; procul!
His longè præstat privatos esse patronis,
qvām semel admissos ejicere hospitiō.

9. *De tribus S. R. Imperii Prociis Corriwalibus.*

Tres corriales nunc sunt Sveb, Gallus, Iberq;
Romuleiq; Proci scilicet Imperii.

Qvos meritò Harpyjas dicas de jure rapaces?
quisq; rapit partem, qvam valet, Imperii.

Sed ni fallor ego, trinos frustrabitur hos Spes:-

Nam Daniel* verax est, erit, atq; fuit. st. Propheta

F. 28. d. ejusd.

10. *De Auxilio Divino retardato.*

Suppetias qvām homines nequeunt aut ferre recusant,
tunc DOMINI ZEBRAOTH incipit auxilium.

AET



Ast infers: Qvando promissa redemptio Jovæ
auxiliumq; venit? percipe, pauca loqvar.
Qvòd Deus auxilium nunc differt atq; retardat,
& necit longas in cruce nempe moras.
Ne mirere! Nimis quia nos recipiscere tardè
cœpimus, & veras fundere ad astra preces.
Idcircò Deus & succurrere jure retardat:
ast insta! veniet, si rogitabis Eum.

Fact. 19. d. ejusd.

II. *De Auxilio Cæsario promisso.*
Vah qvid id est sceleris! Patrii rescripta Dynastæ
Augusta in dubium & dicta vocare sui!
Qvin immò reproba promissas fauce negare
suppetias, qvas mox Cæsar is arma ferent!
Annon is Majestatis committere crimen
dicitur, in dubium qui trahit acta Ducis?

F. 30. d. ejusd.

12. *De Svecorum Fautoribus & Collusoribus,*
iisq; & tacitis & apertis.

Vos ô fautores Sveonum procul & procul ite!
hinc fugitivorum tramite abite vagò!
Indigni certè, qvin indignissimi, in Urbe
hâc qveis degendi sit locus atq; focus.
Hostibus, heu! potius rabidisq;, ferisq; tyrannis,
qvam Patriæ Patri, mente favere placet.
Vos hostes taciti pejores estis apertis:
ocrys hâc igitur perfidi abite solô!

F. 4. Febr. 1643.

13. *De illis-ipsis Fraxino trepidantioribus.*

Hoc quid fautores hostis? si mitia & æqua Svecis
pectora sunt: Bello causaq; justa subest.
Qvid cryptas petitis? cellasq; fovetis opacas?
qværitis imametiū, summaq; perfugiō.

Nec



Nec vobis vestrisq; Patronis fiditis ipsi:
ponitur in dubiis hosticus ille favor.

F. 9. d. ejusd.

14. *Sveci unius ejusdemq; Religionis nobiscum
Consortes, vel quasi.*

O fidos, justos, sanctosq; piosq; Svecos!
si verbis modò fas credere, siqva fides.
Ejusdem Fidei socios se voce frequenti
jactant, atq; crepant Religionis epos.
At si res gestas, si factaq;, si actaq; eorum
componas dictis grandiloqvisq; logis,
Longè aliud nobis referunt ad lumen apricum,
qvod lippis etiam pernotuisse potest.
Religio siqvidem & Cultus mysteria Zwingli
spirantes redolent dogmata Calvisequum.
Res gestæ ostentant Turcarum facta cruenta,
si non vel rigidis horridiora Getis.
Seq; suosq; his qvis sociis concredat agellos?
abs his Harpyjis exspoliandus opes?

F. 10. d. ejusd.

15. *De Spiritualibus & Corporalibus Milliti-
bus in Urbe.*

Campanis pulsis, precibusq; frequentibus arcem
oppugnare poli vulgus inerme meat.
Hostiles qvoties tentabant moenia turbæ
expugnare Urbis, mente furente cohors.
Dum millesq; armis civisq; feruntur in hostes,
plebs sursum mittit pectore & ore preces.
Qvandoqvidem lacrumæ atq; preces sunt unica tela
Christicolum, queis vel vincitur Ipse Deus.

F. 14. d. ejusd.

16. *De Hostili Lapidum Facudatione.*

Atrox qui facinus patrârant, Legibus olim
his interdictum est ob scelus igni & aquâ.

B

Tu



Tu sed aquæ raptò nobis insontibus usù,
vi lapidum ac igni perdere nos sat agis,
q̄ vos ex igni vomis in nostras evomis ædes
mortariis, Urbis per plateasq; seris.
Ut lapidum possint isti vix avehi acervi
centenis plaustris urbe satisq; viis.
Si nos more canum densò lapidum obruis imbre,
qvâq; vales nobis arte nocere, noces.

F. 15. d. ejusd.

15. *De impari Hostium & Nostratium Strage.*

Qvamvis innumeros hostes vis Martia stravit,
ex Urbe has octo nempe per hebdomadas;

Et licet hâc captâ vi mense rat omnibus atrox,
femellas tâm, qvâm Marte necare mares:

Attamen ex nostris tantummodo ab hostibus ista
vix quadraginta pectora morte cadunt.

F. 20. d. ejusd.

18. *De tribus Urbis Freibergæ durissimis Obsidionibus & Oppugnatoribus.*

Nostra Friberga tribus fuit obsidionibus arcta.

Annorum undenûm tempore sangvineis:

^{a 1632.} Holckia magna fuit qvondam, majorq; ^b Baneri:
^{b 1639.} sed Torstensohn ^c maxima sævitia.

^{c 1643.} Plusq; vâm mille quater nam è ferrô glandibus Urbem
hujus percussit vis violenta Viri.

Granatas præter Spherasq;, pilasq; nitratas,
ferriferos istos ignivomosq; globos.

Attamen hos nihilô minus hostes æthere ab alto
panicus afflictâ trusit ab Urbe metus.

F. 21. d. ejusd.

19. *EUCHARISTICON.*

Ob Divinam Liberationem ab Hoste truculentiss. 17. die
Febr. factam, ad solennem-publicum Gratiarum
actionis Diem Festum, qvi Freibergæ celebrabatur
Domini-



Dominicā Reminiscere, qvæ erat 26. dies Mensis
Februarii, Annō qvō

GLoriā sIt loVē, qVI à VI nos erIpIt HostIs!

IpsIVs LaVs sIt DIVes In ore Meō!

D. O. S.

Exaltare DEUM ZEBAOTH magnumq; JEHOVAM
laudibus æternis carminibusq; sacris!

Collaude DEUM, Cœli Terræq; Monarcham,
perpetuis jûblis harmonicisq; sonis!

Exsultate DEO, in DOMINO gaudete JEHOVA!
Nam brachiō fecit facta stupenda suō!

Enarrate DEI miranda & fortia signa!
de DOMINI auxiliō psallite jugemelos!

Vosq; Vicini, o Cives Freibergidos Urbis,
cum senibus juvenes, vir mulierq; canat!

Finitimi pagi ac unà contermina nobis
oppida, Tergeminum magnificate DEUM!

IMMANUELI almo condignas dicite grates,
nullō occultandas tempore nocte nigrâ!

Ergo sit DOMINUS ZEBAOTH benedictus in ævum!
Ejus enim durat gratia perpetuò.

Gloria, Laus & Honor sit Ei per saecula cuncta,
qvōd nostras clemens audiit axe preces!

Quod nostrōs muros, qvōd turres robore diuī
rursus firmavit, robore mirifico;

Obdidit & nostris qvōd fixa repagula portis,
ne terræ æqvatas redderet hostis atrox;

Hosti qvōd nostro furioso restitit, & vim
repulit à nobis omnipotente manu;

Präsidiiq; Ducum qvōd bracchia robore fortis,
ipsius affecit præsidiiq; gregem;

Quodq; Caput salvum voluit Freibergidos oræ,
atq; metallificis adfuit Officiis;



Quodq; Ministerium Verbi, canumq; Senatum,
hostis vi salvos incolumesq; dedit;

Qvòd civium pugnos solidavit viribus altis,
fosorumq; operis adstitit auxiliò;

Quodq; senes, pueros, cùm matribus atq; puellas
servavit dextrâ, vulgus inerme, suâ.

Ergò sit I M M A N U E L ævi benedictus in ævum!
Ejus enim durat gratia perpetuò.

Gloria, Laus & Honos sit Ei per sæcula cuncta,
qvòd nostras clemens audiit axe preces!

Multa & magna sui Divini signa favoris,
alba avis, ac Iris, phasmata & Angelica,
queis ita Spes in Eum ac fiducia fixior esset,
edita sunt nobis de Bonitate D E I;

Mira & dura sui Divini signa furoris,
terrendos ad eos, hostibus exhibuit;

Pugnabant pluviae, nix, fulgura, fulmina, frigus,
& tonitru, & venti, & grando jubente D E O.

Atq; ita pro nobis certabant æther & aér,
consternans hostes cœlitùs horrificos.

Namq; Deus semper Genios turbare superbos
svevit, qvi satagunt vim facere innocuis.

Ergò J E H O V A , Deus fortis, benedictus in ævum!
Ejus enim durat gratia perpetuò.

Gloria, Laus & Honor sit Ei per sæcula cuncta,
qvòd nostras clemens audiit axe preces!

Hostem confudit tumidum, huncq; fugavit-abegit
ambitione gravem, noster, ab Urbe, Deus.

Hostis vim contra diram, sævumq; furorem,
atq; dolos tectos insidiasq; catas,

Nos nostrosq; Idem salvatos fecit adusq;;
indigenas servans atq; alienigenas:

Nos nostrosq; Idem eripuit de fauce Leonis
præduri, qvi omni cordis amore caret;

A spoliis ædes pavidas rēclasq; rapinis
omnimodis tutas reddidit - asseruit.
Summa: Huic semineces animas à funere nostras
sic revocando placet vi recreare novā.
IMMANUEL ergo condignas dicite grates,
nullò occultandas tempore nocte nigrā!
Finitimi pagi ac unà contermina nobis
oppida, Tergeminum concelebrate DEUM!
Vos ô vicini, ô Cives Freibergidos Urbis,
cum senibus juvenes, vir mulierq; simul,
Enarrate Dei miranda & signa stupenda!
de DOMINI auxiliō psallite grande melos!
Exsultate DEO, in DOMINO latamini JOVA!
Nam brachiō fecit fortia facta suō.
Collaudate DEUM, Cœli terræq; Monarcham,
perpetuis jubilis, harmonicisq; sonis!
Exaltate DEUM ZEBAOTH, magnumq; JEHOVAM,
laudibus æternis carminibusq; sacris!
Eja fiat! Dixi.

20. ANDREAS AB HAUBIZ & GEORG-HERMANNUS
à SCHVVEINIZ &c. Fortissimi ambo Gubernatores
Urbis Freibergæ.

Cordatum fortemq; Virum se præstitit HAUBIZ,
quium Baner hanc Urbem cingeret obsidiō;
quumq; tribus muros regionibus oppugnaret,
maturis juvit rudera consiliis:
Noster ita & SCHVVEINIZ est imperterritus Heros,
Torstensohn heic dum millite complet agros;
Viq; Urbem summâ insontem, spatioq; bimestri,
aggregiens, graviter verberat ære truci;
Sæpiùs & dedi blandis verbisq; severis
postulat, Hic tamen ut murus aheneus est.
Seq; ita Teutonicum præbet factisq; secundum
Harminium, cuius nobile Nomen habet.



Ejus dextra manus revera est ille supremus
Moffel millitiæ Rector ad excubias.
Pervigili cura versans, velut alter Achates,
Præsidis ad latus, est impiger auxiliis.
Horum Nomen, Honos, Laudesq; Decusq; manebunt,
dum glebas æris culta Friberga feret;
Dum silvæ à cervis, à piscibus unda colentur,
dumq; Polus stellas astraq; uterq; vehet.

F. 1. Martii 1643.

21. *DE GEORG-FRIEDERICO à SCHÖNBERG ETC.*
Consiliorum Curarumq; Collega.

Nec Schönbergiades numeris indictus abibit
Aoniis, splendens Martis & Artis honos;
Consiliis siqvidem noctuq; diuq; laborans
adjutat patriam resq; metalligeras.
In primis curas, turbatq; hoc tempore Martis,
cum Duce Præsidii cum reliquisq; jugat.
Namq; à parte suâ nil intermittere svevit,
qvâq; potest urbem parte juvare, juvat.
Inde sibi pariet famam laudemq; pereunem,
& mihi perpetui Carminis Auctor erit.

F. 5. Martii 1643.

CONSULEM:

22. *AD JONAM Schönsleben in Langenrinne / E*
WOLFGANGUM Graun / PRÆTOREM Urbis Frei-
bergæ, Clariß. Duumviro.

Nobile par Ephorūm, Schönslebi, ceu Leo frendens:
Grauni, ceu vigilans Grus! Patriæ ambo Patres!
Ter summæ vobis curæ studioq; fideli
Urbis prosperitas nocte dieq; fuit.
Hâc depravatâ rerum Patriæq; figurâ
officiis placuit semper adesse piis.
Nam Vobis, diris armis summiq; furoris
hostibus, allubuit opposuisse caput.

A. C. 1638.

1639.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

1643.

Laus utriusq; vigens erit, urb̄s dum clara Fribergā
stabit, & ætocolis larga metalla dabit.

F. 6. d. ejusd.

23. DE RELIQVIS PATRIÆ SENATORIBUS,
Curarum Laborumq; Collegis.

Nec sua Laus reliqvis dēest debita Curiæ & Urbis
Patribus, ob curas propter opemq; datam.

Curia qvippē videt illos noctesq; diesq;
pervigiles: ab eâ his cedere religio est.

Qvemq; etenim, rebus cives armare cupitis,
usus qvas poscit, maxima cura tenet.

Atq; ita, ceu Patres Patriæ Vigilesq; fideles,
auxiliis Urbem consiliisq; levant.

Sicq; à parte suâ pro posse & viribus omnes
hostis sævitiam barbariemq; premunt.

Hinc illos meritò sua Laus & Nomen, Honosq;
atq; perennando Fama seqvetur anus.

F. 7. d. ejusd.

24. STRENÆ STRENAIS GNAVISq; VIRIS conferuntur.

Macte age! præsidii Dux inclite, strenue SCHVVBINITZ,
aureolæ gestans Torqvis ovale decus!

Tuq; age Schönlebi, parili propè cincte catena
circum colla, Urbis Splendor, Ocellus, Honos!

Macti ambo! queis vult mens Cæsar is omnia fausta,
aureolam Torqvem dante cuiq; manū;

Ex qvâ travis, puro infusa numismatis auro,
est Majestatis pendula Imago suæ.

Qvōd muros patrios tuiti estis fortiter hostis
contra vim diram barbaricasq; strophas.

Ipsa quidem Virtus sibimet pulcerrima merces:
Cæsar is acre tamen munera calcar habent.

Namq; Virum gnatum ad plura & majora lacefunt
munia præstandum promptius absq; metū,

Macti

Macti ambo! hæc ad honores Cæsar is aurea strena
majores patulam pandat utriq; viam!
Nec Vobis solum, sed & omnibus arma professis,
qvos inter primas Muffel obire decet.
Fallor, an ENSIFERI prælustri ex SAXONIS aula
Huic venit & Coetus aurea strena Duci.

F. 7. April. Anno 1643

94.7.15.1A
*SOLI Ita VnlqVe IesV, aVgVsto nostro
ReDeMtorI atqVe SerVatorI sIt gLoriA!*



h. 101, 56.


D. O. M.
LEONHART TORS
CRUENTUS AT PROFU

Qui à 27 d. Decembr. Ann. sup
17. d. Febr. Ann. 1643. agentis, Urbe
omnem datam culpam, cum Exercitu/
ter attigit, truculenter infestavit,
pugnavit, nec non dies noctes

Aliqvibus Epigrammatiolis d
vum qvasi reselectus, omnibusq; & sing
cruciatum modis affecit, si non c
in lucem publicam ex

A Liberationis Libertatisq; Patriæ a
qui ipsemet Obsidioni dirissim

H. G. A.



Anno

Quem Votum hoc ex

BeLLô, Peſte, FaMe, proCVL Vr
PaX CresCens foVeat Nosq

ALICIA

